

Una terribile pestilenza

La peste dilaga in Siracusa e tra i Romani assediati: a nulla valgono le cure, perché il contagio si espande a macchia d'olio. Gli uomini, abituatisi al male, diventano crudeli e spietati e non rispettano più nemmeno i morti.

Cum multa facile Syracusanorum et nostrorum animos averterent a belli consiliis, accessit ad haec etiam pestilentia, commune malum. Nam, incipiente iam tempore autumnis nec imbribus advenientibus, intolerabilis vis aestus per utraque (= "entrambi") castra omnium ferme corpora fregit, et magis (= "più") extra urbem quam (= "che") in urbe homines adficebat. Quamquam curatio a magistratibus diligenter adhibebatur, tamen contactus aegrorum ita volgabat morbos, ut aegri aut neglecti desertique occiderent aut secum traherent adsidentes et curantes, eadem vi morbi replētos. Et cotidiana funera et mors cernebantur et undique dies noctesque ploratus audiebantur. Postrēmo (= "Alla fine") ita adsuetudine mali efferati sunt omnium animi, ut lacrimis iustoque comploratu abiectis non iam funus mortuorum celebrarent neve sepelirent eos, iacerentque strata exanimia corpora in conspectu multorum, similem mortem exspectantium, mortuique aegros, aegri validos conficerent metu, tabe ac pestifero odore corporum.

(da Livio)

Vizi e virtù del giovane Temistocle

Temistocle, benché diseredato dal padre per la sua condotta di vita, giudicata troppo libera, tuttavia non si abbatte, ma inizia a partecipare con entusiasmo alla vita politica e sociale del tempo riscuotendo successo.

Themistocles, Neocli filius, Atheniensis, cuius vitia primae (= "prima", gen. sing.) adolescentiae magnis sunt emendata virtutibus, adeo ut praeponatur huic nullus vir, pauci pares putentur. Pater eius Neocles generosus fuit, uxorem Acarnānam duxit, a qua natus est (= "nacque") Themistocles. Ille cum minus (= "poco") esset probatus a parentibus, quod et libere vivebat et rem familiarem neglegebat, a patre exheredatus est. Ea contumelia non fregit eum, sed erexit. Nam cum iudicavisset sine summa industria non posse (inf. pres. da possum) eam exstingui, totum se dedidit rei publicae, diligenter amicis famaeque serviens. Multum in iudiciis privatis operam dabat, saepe in contione populi sermones tenebat, nulla summa res sine eo gerebatur; celeriter necessaria reperiebat, facile omnia verbis explicabat, neque minus (= "meno") in actu promptus quam (= "che") in consilio erat, quod et de instantibus rebus, ut dicit Thucydides, vere iudicabat et de futuris callide coniciebat.

(da Cornelio Nepote)

Il primo lectisternium di Roma (399 a.C.)

Postquam Anxur (= "Terracina", città del Lazio), oppidum in Volscis, brevi tempore, neglectis die festo custodiis, receptum est, insignis annus hieme gelidā ac nivosa fuit, adeo ut viae clausae, Tibēris innavigabilis fuērit. Sive ex intemperie caeli, raptim mutatione in contrarium facta, sive alia qua de causa (= "per qualche altro motivo") gravis pestilensque omnibus animalibus aestas tristem hiemem excēpit (= "sostituì"). Cum huius insanabili perniciēi nec causa nec finis inveniretur, libri Sibyllini ex senatus consulto aditi sunt (da adeo, perfetto passivo). Duumviri sacris faciundis (= "preposti alle cerimonie sacre"), lectisternio tunc primum in urbe Romana facto, per dies octo (= "otto") Apollinem Latonamque et Dianam, Herculem, Mercurium atque Neptunum tribus (= "tre") stratis lectis placavēre. Privatim quoque id sacrum celebratum est. Tota urbe patentibus ianuis promiscuoque usu rerum omnium in propatulo posito, tradunt notos ignotosque passim advēnas in hospitium